rebus discipulis loquitur dicens; Iam uobis in mari non appa
reo quia uobiscum in perturbationum fluctibus non sum; Hinc est
quod alio in loco post resurrectionem suam eisdem discipulis dicit.
Haec sunt uerba quae locutus sum ad uos cum adhuc essem uobiscum;
Neque enim cum ipsis non erat quibus praesens corporaliter ap
parebat. Sed tamen iam se esse cum ipsis denegat. a quorum
mortali corpore carnis inmortalitate distabat; Quod illic
cum ipsis positus fatetur non se esse cum illis. hoc quoque hic
situ corporis indicat. Cum adhuc nauigantibus esse se iam in
litore demonstrat; Facta est autem discipulis piscationis mag
na difficultas. ut magistro ueniente fieret ammirationis
magna sublimitas; Qui protinus dixit; Mittite in dexte
ram nauigii rete et inuenietis; Bis in sancto euangelio legitur
quia dominus iussit ut ad piscandum retia mitterentur; ante passi
onem uidelicet et post resurrectionem. Sed priusquam redemp
tor noster pateretur et resurgeret. mitti quidem rete ad piscan
dum iubet; Sed utrum in dexteram an in sinistram mitti debuis
set non iubet; Post resurrectionem uero discipulis apparens mit
ti rete in dexteram iubet; In illa piscatione tanta capta sunt
ut retia rumperentur. In ista autem et multa capta sunt et retia
rupta non sunt. Quis uero nesciat bonos dextera. et malos
sinistra figurari; Illa ergo piscatio in qua specialiter in qua
partem mitti rete debeat non iubetur; praesentem aecclesiam
designauit. quae bonos simul ac malos colligit. nec eligit
quos trahat; Quia et quos eligere possit ignorat; Haec autem
piscatio post domini resurrectionem facta in sola dexteram missa est.
Quia ad uidendam claritatis eius gloriam sola electorum ecclesia per
tingit. quae de sinistro opere nil habebit; In illa piscatione prae
multitudine piscium rete rumpitur. quia nunc ad confessione

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc271/0016